

schon Zollinger in seinem „Syst. Verzeichniss der im indischen Archipel gesammelten Pflanzen II. 141“<sup>1)</sup> gethan; doch war mir diess Buch erst ganz vor Kurzem zur Hand gekommen.

### **Umbelliferae.**

59. *Hydrocotyle burmanica* Kurz. — Herba repens glabra, ramis adscendentibus; folia, petiolis longis gracilibus glabris, lato-cordata, 2—2½" lata, (lobis subacuminatis, crenato-dentatis) membranacea glabra, basi palmato-5-nervia; stipulae lato-rotundatae, scariosae; flores minuti, numerosi pedicellis filiformibus 1½—2" longis, in umbellas oppositifolias, solitarias, longe pedunculatas glabras collecti; fructus lato-didymi; mericarpia utrinque costa unica prominente percursa. — Martaban, Daunat-toung, 3000' hoch. (Dr. Brandis).

(Fortsetzung folgt.)

**Circa Dufouream animadversio. Scripsit W. Nylander.**

In mea Recogn. monogr. Ramalinarum dixi, p. 77: *Dufourea* (Ach.) Nyl. Syn. I. p. 287, vere accedit et textura thal-lina (strato corticali similiter constructo) et spermogoniis (sterig-matibus spermatiisque subsimilibus) cum *Dactylina* Nyl. ibid., p. 286. Forsan autem cl. Zuckerman modum excedit, ambos pungens sub uno eodemque genere, male rejiciens nomen *Dufouream* typo adscriptum *Dufourea madreporiiformis*; nam etiamsi Acharius no-minaverit *Parmeliam molluscum* suae Methodi in Lichenogra-phica universalis *Dufouream*, hacce specie deinde a cl. De Notaris generi alii, *Combeae*, adducta disjuntaque, nihil obstat, quin *Dufourea* remaneat sensu, quo nomen illud pro *D. madrepori-formi* Ach. adhibui et quo sensu limitibus genericis in Synopsi mea datis conservandum sit, saltem usquedum apothecia inveniantur. Contigit vero, ut hunc Lichenem fertilem (tamquam solum hodie videre licuit e Flora 1870, n. 21, nam antea, ob bella tempore praeterlapso peracta, ephemoris illa me adtingere non potuerat) in alpe Grand-Meyeran Helvetiae invenerit cl. J. Müller, qui auctor apothecia describit. Simul animadversiones systematicas vel de momento systematico ejusdem Lichenis sanc-parum consideratas vel omnino erroneas affert, quod verbis paucis indigitare decet, nam censeo equidem errores esse castigandos.

Apotheciorum similem agnoscit structuram ac praeuent apothecia *Ecerniarum*, at affinitatem cum *Evernieis* accipere non

1) 1854. —: „*Olinus totoides* Löffl. & *candida* Fenzl. forma *prostrata* Zoll. herb. 744; certe *Tryphera prostrata* Bl.!!“

# ZOBODAT -

## **www.zobodat.at**

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1871

Band/Volume: [54](#)

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: [Circa Dufouream animadversio 295](#)